

75

161

178

Perillustri Amplissimæque DOMINE,
et Patrone Optime,

Non nisi tuo patrocinio Securitas mea securior nunc effecta est,
postquam subivit oculos Serenissimi Principis tui Libellus meus
supplex, et ab ipso Principe ad Bocheviam literis injunctum fuit,
ut causam interruptæ Libertatis meæ perscriberet. Respondit
ille, (ut cætera omittam) non ab aliam causam Socerum
à milite Bergensi captum, quàm propter defectum Litterarum
Liberi Laris; et tamen ab ipsis Ordinibus anno œ. dc. xxviii.
viii. Idus Martii easdem obtinuerat, quo fundamento Ordines
statim pronunciarunt, immunem ac indemnem Socerum meum
dimittendum esse. Quid factum? detinere in custodia pergunt
nullius culpæ conscium, quasi satis non esset Socerum Securitate
ab Ordinibus donatum, nisi ipsas Originales litteras vidissent.
Postea nihilominus dimissus est, sed spondente Sandeo, ut
intra ^{tres} ~~duodecim~~ ^{septomades} certiora juris sui documenta Socer
adferret. Intra id tempus hoc factum; documenta missa
sunt, ac attestationes eorum, quorum operâ usus erat, ut
Securitatem obtineret; Virorum etiam Consularium, qui
Socerum eâ indultum Libertate integro decennio noverunt.
An quid clarius esse possit, nescio: nisi vel idè multandum
bis fermè mille florenis. Socerum censeant, quia Origina-
les Securitatis litteras, infelici casu deperditas, exhibere
non potuit. De perfidia etiam non est quod conqueratur
Præfectus, mittendo enim documenta fidem suam integram
servavit, ac Sponsorem absolvit. Si nec id satis est,
ipsemet in Hollandiam venire statui, ut ab Humanissimo
virorum Fratrem tuo, sive à Vanderhario eius amanuensi,
exemplar

Securitates ab Illustrissimis Ordinibus Socero concessae, de
novo petam, ac postmodum, hominibus qui videndo caeci
esse volunt, exhibeam. Milites Bergenses sic voco, qui decennio
integro sive erunt Socerum meum fuit Libertate, sepiusque
illum in praedio ^{amicæ} ~~Uthem~~ ^{autem} ~~Uthem~~ visitarunt; nunc, nescio quo
hostili impetu opprimere conantur; non contenti domo cum
suâ, (ubi paterna bona bobus exercebat suis) expulsam esse,
totamque eius suppellectilem, cum gravissimo damno dispersam,
nisi ad sanguinem, ut sic dicam, veniant; cum fictis causis
innocentem opprimunt. HUGENIO autem adritente emerget
veritas, et Securitas mea tutissima erit; cum intelligent
omnes Socerum maximâ injuriâ affectum, solidâ veritatis
tesserâ, id est, ipsâ Securitate in medium prolata absolvi
potuisse. Hoc opto, et in hunc finem videre te gestio, si tamen
Diplomate Securitatis meae aditus in Hollandiam mihi patebit.
Tum vero Palatium quoque tuum videre licebit, quod in
immagine admiravi pergitimus, quod etiam non sine stupore
WENDELINUS examinavit. Eius Litteras hic habes, quas
ipse et Hercio Grudiorum Lovanium contuli, cum e praedio
meo Uthemiano Hercium petivissem. Volupte mihi fuit in
tam parvo oppidulo eum virum complecti, qui profecto terrâ
major censei debet, cum et astra caelumque possideat.
Plurima autem Scripta eius, ut facilius ad praedium veniant
conabitur Parens meus, ^{Lovaniensem} ~~Uthemianam~~ Academiam WENDELINO
domicilium officere, et Lectionem Matheseos obtineat, et cum Typo-
graphis potius, quam cum rusticis negotium ei sit. Sic Vale,
Delicium nostrum, et Parentis, atque Clarissimi TULDENI
Salutem plurimam accipe. Lovanii, in Arce, VII. Kalendas
Novembris. æ. 16c. XXXIX.

Nobilissimo Animo Tuo
aeternum obstrictus

Iustus Caecilius Puteanus



Socero concessae, de
qui videndo. caci
nes in loco, qui deca
Libertate, sequi qu
autem ~~W~~
nunc, nescio quo
non contenti domo
at suis) expulsim
vissimo damno dispo
niant; cum factis
utem adnitente
erit; cum intelligen
lectum, solida veritas
um prolata absolvi
videre te gestis, in
Hollandiam mihi pater
re licebit, quod in
tiam non sine stupore
ras sic habes, quas
contuli; cum e praedi
Volupte mihi fuit in
lecti, qui profecto fore
elunquae possideat.
ius, ad praedium vici
Academia WENZELIN
s obtineat, et cum Typo
tium ei sit. Sic Valer
Clarissimi TULDEN
Arce, VII. Kalendas
rimo Animo Tu
num obstrictas
T. P. Caeilius Puteolanus

102

179

II
III
IV

Handwritten text at the top of the page, likely bleed-through from the reverse side. The text is faint and difficult to decipher but appears to be a continuation of a letter or document.

Main body of handwritten text in the upper section of the page. The script is cursive and dense, covering most of the page area. There are some faint horizontal lines visible, suggesting the page was once ruled.

*P. van
Almondt*

Main body of handwritten text in the lower section of the page. The text continues from the upper section and is also written in cursive script. The ink is somewhat faded, and the paper shows signs of age and wear.